



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen**

...

Oder Lehrreiche Predigen/ über verschiedene Fest der Heiligen/ wie auch  
an Jahr-Tägen der Abgestorbenen - samt einigen Leich- und  
Ehren-Predigen

**Barcia y Zambrana, José de**

**Augspurg, 1718**

Dedicatio Authoris. Glorissimo Patriarchæ S. Josepho, In com[m]uni  
opinione Patri Jesu Christi Domini nostri Sponso Vero Sanctissimæ Mariæ,  
Universali omnium Christianorum Patrono.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76898)

*Dedicatio Authoris.*

GLORIOSISSIMO  
PATRIARCHÆ

S. JOSEPHO,

In comuni opinione Patri

JESU Christi Domini nostri

SPONSO VERO SANCTISSIMÆ

MARIÆ,

Universali omnium Christianorum  
Patrono.

**D**um ego per hunc Monitorē; seu *Excitatore* meum; & Sermones hos nempe de Sanctis, quos modò publicæ luci subjicio, fidelium mentes ad eorundem Sanctorum cultum, & imitationem excitare paro, facilior via, qua hunc desiderii mei fructum obtinerem, se mihi non obtulit, Sanctissime Josephel quam si easdem considerationes, & panegyres meas potentissimo Patrocinio tuo subjicerem; maximè cum videam, quatenus ipse quoque æternus Pater illud coæternum sibi *verbum*, quod ad hominum salutem emiserat, tuæ etiam commendaverit providentiæ, tutelæ, & vigilantia: ut nimirum Tu non mysticum dundaxat sabbathum illud esses, & *reclinatorium*, in quo Divinum Verbum, DEUS homo conquiesceret, imò in quo omnis quoque ejus confidentia, sollicitudo, & gaudium figeretur; verum etiam vivus Regalis, & Magnificus Currus, & ferculum, à quo æternum *Incarnatæ* Deitatis *Verbum* per universas mundi partes quaquam versum circumferretur, ut virtutem suam ubique diffunderet.

Deinde si à Divino spiritu veritates has sæcundari exopto, ut in filios gratiæ uberiori sobole propagentur; quis alius, gloriosissime Pater mihi perfecti, & Justi Noë locò mihi erit, nisi Tu ipse qui præter id, quòd ante

Isol. 3. p.  
cap. 1.  
Bibl. Se-  
raph.  
Cant. n.  
150.  
Isol. 4. p.  
cap. 4.

Genes. 6.  
oculos

X 2

DEDICATIO AUCTORIS.

Isol. 1. p. cap. 16. oculos quidem semper, in brachiis autem habuisti quàm sapissime reconciliationis Iridem DEUM hominem: atque adeo potentis Intercessionis tuæ manu in Ecclesiæ arcam facilè induces divini Spiritus columbam, ut quàm plurimi Christiani hīs veritatibus excitati omnium maximè necessariam consequantur fecunditatem?

Num. 13. Pari modò si Sermonum istorum scopus iste est, ut fidelibus in presentis vitæ eremo demonstrentur quædam veræ promissæ, ac Beatæ terræ quæ in gloria sanctorum est, indicia, quibus visis ad eam expugnandam efficaciter animentur; ecquis nisi Tu, tum mihi erit, ô Nobilissime Patriarcha! Baculus, & Virga, in qua appendam Sanctorum gloriam fructum illius terræ sublimem, ut ex ejus aspectu ad gloriosissimam hanc expeditionem eorum, qui sunt veri Israelitæ, animi moveantur?

Arcef. 1. 2. empref. disc. 3. Etsi præterea in eo quoque est conatus hic meus, ut Sanctorum Cœlestium excellentia in præsentis libro dilaudata, æmulam in fidelibus excitet devotionem, & confidentiam consequendi accedente eorum intercessione ea, quæ multifariam necessaria sunt egentibus bona; ad quem melius ibo, nisi ad Te O Pater JESU legalis!

Anast. Syn. 1. 8. Hexom. Claudia-nus Epi-gram. de Nilo. Nam si alii quoque sancti rivuli fortè sunt, qui in privatis necessitatibus diffusi Ecclesiam hinc inde irrigant, & gratis irrorant, tu certè copiosissimus Nilus es, qui omnes ubique inundas, & potentissimi Patrocinii tui unda alluis, ut tuâ operâ omnia, quæ aut in naturæ, aut fortunæ, aut gratiæ bonis necessaria sunt, affatim à te accipiant.

Gen. 28. Quòd si verò eò etiam præcipuè tendit mea de Sanctis oratio, ut virtutes sanctorum diligentiori considerationi subjectæ legentium, audientiumque animos ad invitationem pertrahant, atque quasi in scala quadam per heroidæ exempla gradatim sursum elevent; quis erit nisi Tu, Virgineæ Matris Virginæ Sponse! supremus mysticæ hujus scalæ gradus, in quo Deus ipse immittitur quiescit, & omnibus ascensuris divinam opem, manumque protendit?

Rupert. lib. 1. in Mâth. & 3. de Offi. cap. 10. Atque adeo accipe obsecro, amabilissime Christiani Nominis Tutore obsequium utut exiguum, quod Tibi defert meus inprimis amor, & juncti amoris confidentia, & quæ utrumque sequitur, pro tot à pietissima munificentia tua acceptis gratitudo: Agnosco enimvero plurima me accepisse, nequam vel agnoscere accepta, vel fateri desinam, quòd accepis, & cognitis par est, respondere nequeam: *Nunquam tibi gratiam referre poterò; tam illud certè non desinam ubique confiteri me referre non posse.* At Tu dulcissime Pater mi! audi quæso bona desideria, fave piæ menti, corona meam civitatem, & meæ in sermonibus istis intentioni patrocinare: atque illis, qui aut legerint, aut audierint tua validissima intercessione adesto, ut eis fruantur pabulum salubre, quo recreati possint pergere usque ad montem Dei æternæque felicitatis. *Memento igitur nostri Beate Joseph, & tua oratione suffragio apud tuum putativum filium intercede: sed & Beatissimam Virginem MARIAM, Sponsam tuam, nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per infinita secula seculorum, Amen.*

Seneca lib. 2. de benef. *Memento igitur nostri Beate Joseph, & tua oratione suffragio apud tuum putativum filium intercede: sed & Beatissimam Virginem MARIAM, Sponsam tuam, nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per infinita secula seculorum, Amen.*

S. Bern. in serm. de S. Joseph. art. 3. *Memento igitur nostri Beate Joseph, & tua oratione suffragio apud tuum putativum filium intercede: sed & Beatissimam Virginem MARIAM, Sponsam tuam, nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per infinita secula seculorum, Amen.*